

## 174 Dominica secunda Quadragesimæ.

laboribus corporalibus & operibus misericordiæ ; 2. nobilibus, contemplatiuos, quorum est, more nobilium præcipere & ordinate, & mundanis negotiis non se implicate. Iste duobus ostendit Dominus gloriam suam sicut patet in Evangelio. Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 104. col. 2 ad pag. 106 col. 1.

Eiusdem, sermo, in quo de amore gratioso differit, per quem ab omni malo abstinemus ; ad hoc tres gratiae sunt necessariae. I. est Diuinæ illuminatio, quâ mediante à fraudibus cauemus diaboli & ab omni errore purgamus. II. Bona operatio, id est, exercitium bonæ operationis, vnum iustitiae, aliud iustitiae de malo operato. III. Abstinencia ab omni malo, & dicitur gratia spiritualis consolationis ; nam cum anima sentit consolations spirituales obliniscitur omne malum facere, quia iam carnis oblita est quæ suaderet malum. Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. à pag. 241. col. 2 ad pag. 244. col. 1.

### DOMINICA SECUNDA Quadragesimæ.

\* **B.** ALBERTI MAGNI sermo, ad illud. Misere mei fili David &c. Mat: b. 15. Demonstrat I. Mulierem Chananeam notare animam peccatricem, quæ Deum implorat. II. Per filiam nocturnam conscientiam, quæ vexatur à dæmoniob peccatum. III. Verè Iesum vocari filium Dauid. IV. Per Iesum crucifixum, velut Dauid per cytharræ pulsus, dæmonio mederi. Et huius cytharræ sonum esse septem verba à Christo in cruce prolatæ contra dæmonia, id est, septem peccata capitalia. Tom. 12. serm. 30. de temp. pag. 60. & 61.

\* **S.** ANTONII DE PAVIA sermo, de Transfiguratione Domini, mysteria in eo abscondita, aperiens I. Cur trestantam testes ad Transfigurationem admitti, & hi nominentur Petrus, Iacobus, Ioannes? examinat. II. Certa & expressa in hoc mysterio demonstrat. III. Dabiam, immò felicem,

A reverentia & amoris plenam inter Christum ex vnâ parte, & Patrem, Angelum: Moysem, & Eliam ex altera, disputationem instituit, in quâ cum omnes alij passioni & morti non suscribendum probent, Christus solus in favorem generis humani sibi patientem & moriendum concludit. IV. Quæ sint tria tabernacula, & quid deligent ostendit. V. Transfigurationis naturam, & ab aliis transformationibus differentiam docet. VI. Imitationis modum trahit. à pag. 160. ad pag. 163.

Eiusdem sermo, primus, ex alio quadragesimali Domini. in illud. Duxit illos in montem excelsum seorsum & transfiguratus est, &c. ex his verbis ostendit Mariam Virginem multum ad salutis nostræ remedium, & sui filij transfigurationem contulisse. Deinde ipsam ex montium qualitatibus & proprietatis bus montem esse concludit. à pag. 278. ad pag. 279.

Fiusdem sermo secundus. I. Ex his verbis Apocal. 10. Vidi alium Angelum sortem descendente de calo amictum nube: & iris in capite eius. Aliquam huius mysterij imaginem eruit. II. Quis fuerit Iacobus, transfigurationis testis, inuestigat. III. Petrum volentem fieri tria tabernacula increpat, & ipsum nescire quid diceret probat, multiplici ratione, & scripturæ testimonio. à pag. 278. ad pag. 280.

**C** S. BASILII SELÈVCIA oratio in Transfigurationem Domini, & Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. Magnum & illustre dicit lumen solis, humanis visibus attemperatum: Christi autem lucem illustriorem occasum nescientem, hominibus obstupendam, & Angelis ipsis inaccessam. Cuius tamen radios quosdam Apostolorum obtutibus hodie accommodat, vt hoc spectaculo spem futuri concitet, & aduentus sui imaginem præmonstret. Illuminatam Christi transfigurati faciem contemplatur, & miratur. Quomodo Petrus nesciebat quid diceret, ostendit. Apostolos, beatos prædicat, qui placidissime conspexerunt, & cum iucunditate viderint ea, quæ tremebundi in die iudicij